

FRANCISCI TURRENSIS

in Monachos apostatas, & prætextu transla-  
tionis, uel exemptionis, uel eremiticæ  
vitæ autonomiam, idest licentiã  
uiuendi suo modo  
quærentes.



Domine Iesu Chrïste



Fili Dei miserere mei.



Fortis laqueus labia proprij oris.

*paraphrase of Proverbs 10:13*

*lumbæ anime post pag 29  
epistola de prodigioso metu ungdæ ac aule sacra de feratib  
post pag 50*

FRANCISCI TURREN. IN MONACHOS

apostatas, & prætextu translationis, uel exemptionis,  
uel eremiticæ uitæ autonomiam, idest licentiam  
uiuendi suo modo quærentes.

**C** V M superioribus diebus unà essemus,  
& ex alio aliud quærentibus, ut fit, no-  
bis inter nos sermo incideret de apostas-  
tis, et exemptis monachis, deq; transla-  
tis ad ordinem canonicorū regularium;  
( sic .n. loquuntur ) rogasti, ut ad te  
meam de his sententiam perscriberem, et quo iure, et auctoris-  
tate trāsferri, atq; eximi liceret. De quo tametsi alij tibi melius  
respondere possent, tamen me maluisti, siue propter nonnullam  
tuam fortasse de me opinionem, siue propter beneuolentiam,  
et familiaritatem, siue propter otium honestum, quo me abunda-  
re sciebas in domo & familia optimi patroni mei, et Cardinalis  
lectissimi SALVIATI, siue propter hæc oīa. simul etiam petis-  
sti, ut id facerem breui, ne prius q̄ responderem, studium istud  
tuum, & desiderium sciendi languesceret. Quamobrem cum ne-  
gare non possem, quod te tantopere & tam cito uelle uidebam,  
statim relicto omni cultu orationis, omne tempus fuit mihi in-  
differenda, & limanda ueritate consumendum. Vt autem inde  
incipiam, commemorabo prius pro tuenda religione uotorum  
aduersus eorum uiolatores exempla summæ seueritatis ad corre-  
ptionem nostram, in quos fines sæculorum deuenerunt, litteris  
sanctis prodita. ne uiolemus pacta, et iuramenta, sicut quidam  
eorum uiolarunt, & grauissimas pœnas dederunt, neq; tentes



Romæ excussit Valerius & Ludouicus Dorici,  
fratres Brixienfes. Anno Domini  
M. D. XLIX.

*Inter loquens labie proprijs oris.*